



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Continens Doctissimas Svper Varios Veteris Testamenti Libros
Quæstiones, Et Commentaria In Psalmos Davidis - Vna Cvm Vocabvlorum
Psalterii Expositione: De Templo Salomonis, Et Sex Dierum Creatione:
Commentarivm Item In Boethii Librvm De Sanctissima Trinitate, Aliosqve
Piissimos Tractatvs De ...

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

Vocabulorum Psalterij expositio: item de diapsalmate collectio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72069)

IN PSALMUM CL.
ARGUMENTUM.

Hortatur Propheta, tam posteros quam presentes, ut psallendi insistant officiis. Alter Christi vox post seculum devictum in regno suo latantis. Amen.

ALLELUJA.

EXPLANATIO.

Admonetur civitas Dei, ut de mundi ambitu congregata domino laudes & ore canat, & animo. Psalmus iste levatus ad illam concordem Sanctorum omnium unitatem, divisi suem habere non debuit: quia totius finem operis perduxit ad virtutem inseparabilem unitatis: intentio vero eius ipsa est, ut Dominus de sanctorum congregatione laudetur. Amen. Deo laudes.

ARGUMENTUM
Psalmi.

Hic Psalmus propriè scriptus David extra numerum, quando pugnavit cum Goliath. Quinquagesimus est de penitentia, centesimus de misericordia, & iudicio, centesimus quinquagesimus de Dei laude in sanctis eius; sic enim ad æternam beatamque tendimus vitam: primitus nostra peccata damnando, deinde benè vivendo, ut post vitam condemnatam malam, & gestam bonam mereamur æternam; vocati enim, renunciamus diabolo per penitentiam, ne sub iugo eius remaneamus: iustificati sanamur per misericordiam, ne iudicium timeamus, glorificati transimus in vitam æternam, ubi Dominum sine fine laudemus.

FINIS COMMENTARIORUM
in Psalmos.

BEDÆ PRESBYTERI IN PSALTERIUM,
ET EIVSDEM VOCABVLA EXPOSITIO, ET DE
DIAPSALMIS COLLECTIO.

CATALOGVS DIAPSALMATVM.

DE Psalmo secundo diapalma.

I.
II.
III.
IV.
V.
VI.



Bea dverfus Christum ejus.
Non est salus illi in Deo ejus.
Et exaudivit me de monte sancto suo.
Et queritis mendacium.
Et in cubilibus vestris compungimini.
Et quotiam meam in pulverem deducat.

Diapalma de Psalmo iij.
Diapalma item aliud,
Diapalma Psal. iij.
Diapal. aliud.
Diapal. vij.

Canticum Diapsalmatis.

VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX.
XXI.
XXII.
XXIII.
XXIV.
XXV.
XXVI.
XXVII.
XXVIII.
XXIX.
XXX.
XXXI.

Comprehensus est peccator.
Ut sciant gentes, quoniam homines sunt.
Et holocaustum tuum pingue fiat.
Non fraudasti eum.
Requirentium faciem Dei Jacob.
Dum conigitur spina.
Et tu remisisti impietatem cordis mei.
Redime me à circumdantibus me.
Inquirentes autem Dominum non deficiant omni bono.
Verumtamen univèrsa vanitas.
Verumtamen vanè conturbatur.
Et in nomine tuo confitebimur in secula.
Conturbati sunt montes in fortitudine ejus.
Susceptor noster Deus Jacob.
Speciem Jacob quam dilexit.
Deus fundavit eam in æternum.
Et postea in ore suo benedicent.
De manu inferi cum acceperit me.
Quoniam Deus iudex est.
Et eripiam te, & magnificabis me.
Iniquitatem magis quam loqui æquitatem.
Et radicem tuam de terra viventium.
Non proposuerunt Deum ante conspectum suum.
Et mansi in solitudine.
Et manet in æternum.

IX.
Diapalma aliud,
Diapal. xix.
Diapal. xx.
Diapal. xxij.
Diapal. xxxi.
Diapal. al.
Diapal. al.
Diapal. xxxij.
Diapal. xxxvij.
Diapal. al.
Diapal. xliij.
Diapal. xlv.
Diapal. al.
Diapal. xlvj.
Diapal. xlvij.
Diapal. xlvij.
Diapal. al.
Diapal. xlix.
Diapal. al.
Diapal. lj.
Diapal. al.
Diapal. liij.
Diapal. liij.
Diapal. al.

XXXII.	Dedit in opprobrium conculcantes me.	Diapsal. lvi.
XXXIII.	Et ipsi incidereunt in eam.	Item aliud Diapsalma lvi.
XXXIV.	Non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.	Diapsal. lvij.
XXXV.	Finium terræ.	Diapsal. al.
XXXVI.	Ut fugiant à facie arcus.	Diapsal. lix.
XXXVII.	Protegam in velamento alarum tuarum.	Diapsal. lx.
XXXVIII.	Et corde suo maledicebant.	Diapsal. lxj.
XXXIX.	Quia Deus adiutor noster est.	Diapsal. al.
XL.	Psalmum dicam nomini tuo altissimo.	Diapsal. lxx.
XLI.	Non exaltentur in semetipsis.	Diapsal. al.
XLII.	Offeram tibi boves cum hircis.	Diapsal. al.
XLIII.	Et gentes in terra dirigis.	Diapsal. lxvi.
XLIV.	Delectentur in læticia.	Diapsal. lxvij.
XLV.	Dum transgredieris in deserto.	Diapsal. aliud.
XLVI.	Et posteriora dorsi ejus in species auri.	Diapsal. al.
XLVII.	Prosperum iter faciet nobis Deus.	Diapsal. al.
XLVIII.	In medio juvenum tympanistrarum.	Diapsal. al.
XLIX.	Regna terræ cantate Deo, psallite Domino.	Diapsal. al.
L.	Et intelligam in novissima eorum.	Diapsal. lxxij.
LI.	Ego confirmavi columnas ejus.	Diapsal. lxxiij.
LII.	Seutum, gladium, & bellum.	Diapsal. lxxv.
LIII.	Ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.	Diapsal. al.
LIV.	Et defecit paulisper spiritus meus.	Diapsal. lxxvj.
LV.	Aut continebit in ira suam misericordiam.	Diapsal. al.
LVI.	Filios Israel, & Joseph.	Diapsal. al.
LVII.	Et salvi erimus.	Diapsal. lxxix.
LVIII.	Vineam ex Ægypto.	Diapsal. al.
LIX.	Probavi te ad aquas contradictionis.	Diapsal. lxxx.
LX.	Et facies peccantium fumitis.	Diapsal. lxxxj.
LXI.	Facti sunt in susceptione filii Loth:	Diapsal. lxxxij.
LXII.	In seculum seculi laudabunt te.	Diapsal. lxxxij.
LXIII.	Auribus percipe Deus Jacob.	Diapsal. al.
LXIV.	Operuisti omnia peccata eorum.	Diapsal. lxxxiiij.
LXV.	Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei.	Diapsal. lxxxvj.
LXVI.	Qui fuerunt in ea.	Diapsal. al.
LXVII.	Super me induxisti.	Diapsal. lxxxvij.
LXVIII.	Resuscitabunt, & confitebuntur.	Diapsal. al.
LXIX.	Avertis faciem tuam à me.	Diapsal. al.
LXX.	Et ædificabo in seculum seculi.	Diapsal. lxxxviii.
LXXI.	Et testis in celo fidelis.	Diapsal. al.
LXXII.	Perfudisti eum confusione.	Diapsal. al.
LXXIII.	Aut quis eruit animam de manu inferi.	Diapsal. al.
LXXIV.	Et qui tenent eam omnia qui recto sunt corde.	Diapsal. xciiij.
LXXV.	Omnia quæcunque voluit fecit.	Diapsal. cxij.
LXXVI.	Venenam aspidum sub labijs eorum.	Diapsal. cxxxix.
LXXVII.	Scandalum posuerunt mihi.	Diapsal. al.
LXXVIII.	Ne unquam exaltentur.	Diapsal. al.
LXXIX.	Anima mea sicut terra sine aqua tibi.	Diapsal. cxlij.

FINIS DIAPSALMATVM.

INTERPRETATIO PSALTERII ARTIS CANTI- LENÆ, VEL SPECIERVM SINGV-

*larum, vel nominum quæ commemoran-
sur in Psalmis.*



PSALTERIUM est, ut Hieronymus ait, in modum delta literæ formati signi, sonora concavitas, obesum ventrem in superioribus habens, ubi chordarum fila religata disciplinabiliter, plestro percussa, suavissimam dicuntur reddere cantilenam. Huic citharæ positio videtur esse contraria, dum quod ista in imo continet, illud conversa vice gestat in capite; hoc autem genus organi canorum, atque singulare aptatur corpori Domini salvatoris: quoniam sicut istud de altioribus sonat, sic illud gloriosæ institutionis superna concelebrat: hoc apud Hebræos dicitur Nablum, ipsum vero psalmum Græcum constat esse vocabulum, quem dicunt quidam volunt *αὐτὸ τὸ ἄλλοι*, hoc est, à rangendo; nam & psalteria citharædas vocamus docto pollice modulationes musicas exprimentes. Psalmus est ex ipso secundo instrumento musico, id est, psalterio modulatio quædam dulcis, & canora profunditur.

Canticum est, quando quis libertate propriæ vocis utitur, nec loquaci instrumento cuiquam musico consona modulatione lociatur.

Psalmus, est hymnus alicujus metri lege compositus, qui ad similitudinem prædicti organi supernam nobis cognoscitur indicare virtutem.

Framea modò contum, modò lorica, modò gladium significat bis acutum. Aliter Amobius: *Frameam, inquit, humanæ licetæ specialiter dicitur lanceam regis, nos autem Frameam generaliter gladium in scripturis sanctis accipimus.* Cynira quidem est decem phordis coarctata, hæc plestro percitur: nablæ verò duodecim sonos habens, digitis tangitur.

Gegeus non est utilis nisi succifra fuerit; nullos enim in sua radice mapens proficuos generat fructus, sicut nec elatio.

Hermon parvus mons juxta Jordanem est positus, sicut ex Deuteronomij sectione cognoscitur; accipimus, inquit, in tempore terram de manibus duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Jordanem à torrente Arnon usque ad montem Hermon.

Myrrha mortem significat, quam pro hominum salute mediator suscepit.

Gutta quæ dicitur Ammoniaca, duritias curat aliqua necessitate contractas, quæ pulchrè incarnationi Domini comparatur, quia duritiarum cordis humani sancta prædicatione dissolvit.

Cassia, quæ à nostris fistula dicitur, redemptio generis humani per aquam baptismatis indicatur: quoniam hoc herbæ genus in aquosis locis dicitur inveniri. His rebus, & odor inest suavis, ut merito sanctæ incarnationi, & virtus herbarum, & odoris suavitas comparetur. Ebur non ad solas divitias intelligamus aptatum, sed quoniam elephas cujus hæc ossa sunt nimis caliditatis asseritur; qui inter quadripedia, & sensu plurimo valet, & temperanter miscetur feminæ suæ, & conjuge secundanon utitur; hoc pudicis feminis decenter aptatum est.

Hyllopus quæguvis sit herba minima radicibus suis, saxorum fœtur viscera penetrare; hæc & internis hominum faucibus probatur accommodata, & in libro Levitico immolato sanguine intincta supra leprosi corpus septies solebat aspergi: significans pretioso sanguine Domini salvatoris maculas peccatorum efficaciter esse diluendas. Rhamnus spinarum genus est permolestum, quod prius in herbam mollissimam pubescit: sed ubi adulta ætate calluerit, ramulos producit acuminatos, pollea ejus fides durefcunt in arboream firmitatem.

Maceria est saxorum sicca constructio, quæ sine aliquo legamine impensæ in altum ducta componitur.

Tympanum est quod tenso corio quasi supra duas, ut ita dixerim, metas tibi ab acuta parte copulatas solet resonare percussum, sicut hominum corpus dum pro Domino tribulatione quatitur, ad superna mandata dulcius temperatur.

Aspidum immane genus est serpentum, quod naturali obstinatione verba incantantium non perhibetur admittere: quia ne verba eorum exaudiat, suasque latebras derelinquat, unam aurem caudæ suæ inflexione dicitur obturare, alteram vero in terram deprimere.

Pellicanus avis Egyptia est, ciconijs corporis granditate consimilis, quæ naturali macie semper affecta est: quoniam sicut physiologi volunt, tenso intestino per viscera quicquid escarum accipit, sine aliqua recoctione transmittit: quæ non gregarum ut ceteræ aves volat, sed electario ne se solitaria consolat, quorum genus stagnis inhabitat. Aliud ut dictum est, in desertis locis secretisque versatur. Nycticorax Græcè dicitur noctis corvus, quem quidam bubonem, quodam noctuum esse dixerunt; alij magis corvo magnitudine, & colore consimilem, quem specialiter in Afiæ partibus inveniri posse testantur. Istum sicut diei fulgor abscondit, ita adventus noctis producit, & contra consuetudines avium tunc magis vigilare, & escas querere incipit, quando se in soporem animantia cuncta componunt.

Passer est avis parva, sed minima, sagacitate sollicita, quæ nec facile laqueis irretitur, nec per ingluviem ventris escatum ambitione decipitur; hæc propter infirmitatem suam ne aut ipsa prædatore capiatur, aut fetus ejus serpentinis devorentur indidij, ad domorum fastigia celsa concurrit. Turtur avium castissimus, una tantum copulatione contentus esse narratur.

Frixorium, est fasciculum sarmenti aridum nonnisi ad incendium aptum. Fulica, mansuetata avis, & nigra anatid equidem minor, sed corporis positione consimilis, qui in stagnis delectabiliter commoratur. Erinaeus quem vocamus efium, animal est omnino timidum natura providente semper armatum, cujus cutem invicem fetarum fides acutissime densissimeque communiunt, & refugium habet semper in saxis. Topazion genus est lapidis preciosum qui duos fertur habere colores; unum auri purissimi, & alterum ætheria claritate elucemem; pinguedo rosea verecundaque puritas, vicinus lapidi chrysolitho magnitudine vel colore, qui maxime splendet, cum solis splendore percitur; quam si polire velis, obscuras si naturæ propriæ relinquant, irradiat; nasci dicitur in insula Topazion, quæ est provinciæ Thebaidæ junde & nomen accipit. Chrysalum est in modum vitri per numerosas hyemes glacies condurata, & in duritiam saxi liquens ad modum perduca substantia.

Organum est quasi turris quædam diversis fistulis fabricata, quibus flatu follium vox copiosissima distinetur, & eam modulatio deora componat, linguis quibusdam ligneis ab interiori parte, constructur, quas disciplinabiliter magistrorum digiti reprimentes, grandisonam efficiunt, & suavissimam cantilenam.

Cymbala sunt ex permixtis metallis minima phiala compositæ, ventricula artificiosa modulatione collisæ, acutissimum sonum delectabili collatione restitunt.

Sela verbum Septuaginta interpretes, Symmachus, & Theodotio diapalsma transtulerunt: Aquila verò semper & puto aut Musci cujusdam soni esse signaculum, aut certe perpetuitatem eorum quæ prædicta sunt, indicare; ubique Sela, hoc est diapalsma sive semper apponitur, ibi sciamus non tantum ad præsens tempus, verum ad æternum vel quæ sequitur, vel quæ præcesserunt pertinere. Hæc Hieronymus. Verum Augustinus putat ubi diapalsma interponitur, personarum sive sensuum fieri permutationem, ut sicut Sympalsma Græcè vocum adunata copulatio dicitur: ita sic diapalsma vocum supra continuatio.

ITEM

ITEM INTERPRETA-
TIO NOMINVM HE-
BRÆORVM.

A Bessalon, Pater pacis. A saph, congregans. Abraham, Pater videns populum, vel Pater multarum, id est, gentium. Allophili, alienigenæ. Aegyptus, tribulatio conangustans. Aethiopia, tenebra vel ignis. Arabum agareni, advenæ. Ammon, populus mæroris, Assur, dirigens. Abaron, Pater suscitans dolorem. Aaron, mons fortitudinis. Amorrhæorum, amarorum. Aleph, mille sive doctrina. Benjamin, filius dexteræ. Bafan, pinguedo sive brucus nam quod interpretari solet ignominia, buba dicitur. Babylon, confusio. Belphegor, habens os pellicium. Cades, immutata, vel sancta. Cefion, duritia eorum vel læticia. Cof, vocatio, vel avis, sed melius excussio. Cedar, tenebra vel mæror. Chufi, Aethiops, vel notabilis, quod ad Saulem pertinet: quia ab humero, & sursum eminebat. Yr omnem populum. Cham, calidus. Sed sciendum quod in Hebræo chi, scribitur autem per heh, quæ duplici adspiratione profertur. Chanaam motus eorum vel negotiator aut humilis. Cherubin, scientie multitudo, aut scientie intellectus. Choreb, quod in Hebræo O: eb scribitur, & in tempore ardor sive siccitas, aut corvus vel solitudo. David fortis manu, sive desiderabilis. Dathan, domus eorum sive sufficiens donum. Ezraites, semen Dei. Ermon, anathema ejus. Endor, oculus sive fons generationis. Estrem, frugifer, sive crescens. Efrata, ubertas. Finees, ori pacens, vel ore requiescens. Farao, dissipans sive discipulens eum. Galaad, aceruus testimonij. Gebal, vallis vitæ. Jacob, supplantator. Israël, ad aut mens videns Deum: sed melius princeps cum Deo. Jordanes, descensio eorum. Juda, laudatio sive confessio. Idumæa terrena, sive sanguinea. Juedæa, confensio aut laudans. Joseph, augmentum. Imahel, auditio Dei. Jonadab, Domini spontaneus. Jabim, sapiens vel intelligens. Isaac, risus sive gaudium. Loth, declinans. Manasse, oblitus. Moab, ex parte. Moyses, assumptus. Manna, quid est hoc. Madia, de iudicio. Melchisedech, Rex iustitiae. Neptali, latitudo sive comparatio. Nun, factus vel pitiscus, sive sempiternum. Oreb, siccitas. Og, accervans sive absconditus. Sion, arx sive specula. Sichein, humerus. Sina, mandatum vel mensura. Selmon, umbra offendiculi, sive imago fortitudinis. Saba, captivitas. Selom, avulsio vel dimissio, sive ubi est ipse. Sifara gaudij exclusio. Samuel, nomen ejus Deus. Seon, germen inutile, sive tentatio lacessens. Tyrus, qui Hebraice dicitur fors, tribulatio sive angustia. Tanis, mandans humilia. Tabor veniens lumen, vel veniat lux. Zeb, lupus. Zebæ, victima. Zabulon, habitaculum fortitudinis.

FINIS.

305

VENERABILIS BEDÆ
PRESBYTERI SERMO DE EO
QVOD LEGITVR IN PSALMIS,

Domini de caelo prospexit super filios hominum, ut videat, si est inter eos qui requirunt Deum.

PROLOGUS SEQUENTIS OPUSCULI.

Cum plures clericos in schola constitutos agnoscerem, ad hoc quam maxime vacare, ut literarum secularium notitiam caperent, que auditores suos studiis sine decent carnalia appetere, pro obvianda mundi gloria contendere, Syllagismorum, & argumentorum subtritis atque discere, ut quoslibet simpli, es cum veritate huiusmodi circumventos possint irridere, et ad verum, & ego literas illas legere, quibus aliquos ad sacre fidei normam, ad timorem amorque divini curam, ad spirituales vias puritatem, ad humilitatem, & charitatis devotionem, ad penitentiam malefactorum, emendationemque morum incitarem. Intellecti namque verum esse quod scriptum est, Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: quia tam malum quam bonum prodesse potest, his qui diligunt Deum in veritate. Et bonum quidem, quia satis patet quomodo proficit, prætereo. De malo hoc dicere volo, quia tribus modis parit profectum huic dicitur qui timeat Dominum. Vnus quippe modus est, cum Deus aliquos dissolutos, & ad cuncta boni operis studia negligentes videns, permiserit eos cadere in aliquod crimen, vel periculum grande, ut ex hoc humiliati, & afflicti cogantur illam pro necessitatibus suis invocare. Hoc igitur modo satique malo plures compulsi, ad Dominum sunt conversi. De qua compulsionem & in Evangelio legitur: quia cum homo quidam fecisset canam magnam, & vocasset multos, qui volebant venire, postremo iussit servo dicens: Exi in vias, & sepes, & compelle intrare. Quia compulsio talis est: Cumenim Dominus noster, qui per illum hominem significatur, plurimos tam ex Iudæis quam ex gentibus, & cunctis huius seculi sapientibus vocasset: sed illi suam volentes iustitiam constituerunt, iustitia Dei non subiecti, convertit se ad infirmos, & ignobiles, id est, seculares quoslibet vocandos, qui pro eo quod peccata nimis presumant nullam in suis meritis habeant, quasi compulsi ad Dei gratiam festinabant. Scopus autem qui tales vocavit ad canam, prædicator quilibet intelligitur, dicens ad eos: Nisi converteritis, non intrabitis in regnum celorum. Alter modus est, cum in tribulatione vel tentatione aliqui angustiam aurum in fornace probati, exinde primum celeste adepti, meruerint: iuxta illud: Beatus vir qui sustinet tentationem, etc. In hoc persecutor omnis nobis velut honorum profectibus servit. Quod nimirum in B. Iob satis declaratur. Nam quanto eum nequissimus hostis tentando supplantare studuit, tanto meliorem dicitur invitus fecit. Tertius, cum perverforum studia in contrarium vertentes ea contentione, & emulatione fecerimus bona, qua illi facere studeant mala. Quo videlicet argumento Dominum in Evangelio legimus uti, cum parabolam protulit de homine villicum habente, qui agnoscens se à villificatione deieciendum, providit per se autem qua sibi profutura forent post deiectionem. Hanc itaque parabolam non deo Dominus retulit, ut quemquam incitaret ad fraudem faciendam: sed ut nos doceret, ita prudentes esse in bonis, sicut ille villicus fuit in malis: bene videlicet dispensando empta que nobis à Deo conceduntur in hoc mundo. Constat autem tam magna huius argumenti causa, ut non solum ex hominibus prævi, sed etiam ex ipso prævitiis auctore quocumque assumi, si scilicet hoc quod de eo scriptum est, Diabolus circuit, querens quem devoret: in contrarium vertentes dixerimus, sicut diabolus circuit querens quem devoret: ita & non debemus circuire, querentes quem eripere de ipsius malitia possimus. Cuius etiam argumenti genus in hoc sermone opusculo imitatus, studui ut sic ut multi scholares in literis secularibus se exercent ad seculari vita amorem: ita & me exercent in sacri literis, in elementis, & in cunctis rebus moralibus, que animo occurrerant, eligens inde atque scribens que legentibus profectiosa, & ad edificationem animarum congrua videbantur.